Cum libellus procul a me typis exſcriptus ſit, & hinc ego plagulis corrigendis operam dare nequiuerim; nec temporis anguſtia paſſa ſit, ea quae adnotaueram ad marginem libri impreſſi, vnde haec editio parata eſt, librario accurate deſcribenda dare; haud paucae irrepſerunt mendae. Foediores in calce libri adnotaui.

His praemonitis lectores non amplius moror. Dabam Giſſae d. XIV. Aprilis Anno MDCCLXXVIII. 1778.

PRAEFATIO.

EDITIONIS SECVNDAE.

Prodit noua editio huius libri, priori, quod ſpero, multis modis melior. Vitia operarum ſuſtuli; Auctoris dicta denuo ſub examen vocaui; & quod a me ipſo peccatum erat, ſedulo emendare ſtudui. Non pauca expunxi, quia aut tironibus minus accommodata, aut molem libri nimis augere videbantur; vnum ac alterum contra iuris articulum ſcitu neſſarium inſerui. Scribebam Darmſtadii Calendis Nouembris Anno MDCCLXXXI. 1781.

PRAE-